Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXXXIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

celi curiam letificauit. Hec erat ascensio dni
olim fuit in translacione helye prefigurata
Helyas legem dei in iudea predicauit et trans-
gressores legis audacter increpauit xpc quod
magnam sustinuit a iudeis persecucionem sed a-
pud deum meruit in paradisum translacionem
ita xpc in iudea viam veritatis docuit et
propter hoc a iudeis multas persecuciones sustinu-
it sed deus illum super omnes celos exaltauit et
nomen quod est super omne nomen illi dedit
Oportebat enim pati xpm et ita intrare
in gloriam suam et multo magis oportet
nos tollerare propter vitam eternam Oracio
Ihesu corona celsior qui resurgens a mor-
tuis ad patris ascendisti dexteram trahe
ad te mentem meam ut te solum ardens
desiderem et inquiram Da queso toto de-
siderio et studio tendere quo te credo ascen-
disse ut in presenti quidem miseria solo tene-
ar corpore tecum aut sim cogitacione
et auiditate ut ibi sit cor meum ubi tu es
thezaurus meus desiderabilis et amabilis
Trahe me post te ut per tuam graciam de vir-
tute in virtutem ascendens te deum deorum
videre merear in syon amen. De scrip-
ture euangelice ac fidei fine et utilitate

Sunt et alia multa signa et
facta in multitudine incom-
prehensibili consistencia preter
ea que ab ewangelistis sunt
scripta que fecit ihesus in terra
ipse et in aliis tam actibus cordis quam oris
et operis ante suam resurrectionem et post eandem
que pro multitudine sua non sunt scripta
Que si scriberentur per singula quo ad fac-
ta particularia et oraciones et virtutem
eorum nec ipsum arbitror mundum i. homines huius
mundi capere posse libros qui essent scriben-
di Non enim spacio locorum credendum est mun-
dum capere non posse quia in eo scribi non
possent scripta non ferret sed capacitate in-

tellectus legencium et audiencium et quo
ad incredulitatem infidelium et quo ad
misteria et sensum comprehendi fortasse
non possent Facta enim et verba xpi non
sunt hominis tantum sed dei quia ista humanitas
erat organum diuinitatis et ideo non possunt
ad plenum ab hominibus explicari vel
eciam comprehendi quod patet ex hoc quod a
principio ecclesie ceperunt sancti et doctores
libros scribere ad explicacionem verborum et
factorum xpi et ad huc ad plenum non sunt
elucidata ymo si mundus duraret per mille
milia annorum et semper libri scriberentur
nunquam ad plenum elucidarentur quia sicut
dictum est facta sunt et dicta que sunt no-
bis incomprehensibilia propter eorum excellen-
ciam respectu intellectus nostri et ideo debemus
subiugare et captiuare intellectum nostrum in
obsequium xpi ut ei assencientes per fidem
que est in enigmate tandem veniamus ad con-
templandum facie ad faciem Unde Crisostomus
Nec iohannes nec alii ewangeliste omnia
dixerunt sed que erant sufficiencia attrahere
ad fidem audientes Quoniam qui non cre-
det hiis que dicta sunt neque pluribus atten-
det qui vero hec suscipit nullo indigebit
alio in fidei racione Tantum enim conscripse-
runt quantum ad fidem credencium sufficere
posse cognouerunt et ideo pauca de plu-
ribus elegerunt ut facilius intelligantur dili-
gencius querantur fide credantur et memorie
tradantur Unde augustinus Cum multa fecisset dominus
ihesus non omnia sunt electa sunt autem que scri-
berentur que saluti credencium sufficere videbantur
hec augustinus Materia quidem euangelii
et omnium ewangelistarum est eadem scilicet sancte
trinitatis misterium xpc secundum diuinam et huma-
nam naturam dicta et facta eius alia eorum quoque
facta et dicta ad ipsum omnes enim agunt de is-
tis et materia istorum Intencio vero et finis
omnium est per xpi gesta et doctrinam fidem de

eo astruit quod ex fine libri Johannis per-
penditur ubi dicitur. Hec autem scripta sunt
ut credatis scilicet fide formata caritate quia
ihesus est xpc filius dei scilicet naturalis in po-
tentia sibi equalis et per consequens idem in
deitate quia natura divina est indivisibilis
Credatis inquam corde ad iusticiam et ore con-
fiteamini ad salutem opere ostendentes ad
fructum vite quia fides sine operibus mor-
tua est Ecce scripture utilitatis talia effec-
tus fidei. ad hoc enim ordinatur tota scriptura
novi et veteris testamenti Quam autem
utilitatem ex hac credulitate consequamur
manifestatur cum subditur Et ut credentes
vitam scilicet eternam in qua clare videbitur quod
nunc creditur habeatis nunc in spe et in fu-
turo in re. vel ut credentes vitam habeatis
hic vitam iusticie que habetur per fidem
iustus enim ex fide vivit et in futuro vitam
spei que habetur per gloriam et hoc in nomine
eius id est per fidem nominis xpi quia non est aliud
nomen sub celo datum hominibus in quo o-
porteat nos salvos fieri Virtute ergo no-
minis xpi salvatoris habetur vita eterna
Unde iohannes xvii et est vita eterna ut cog-
noscant te verum deum et quem misisti
ihesum xpm Finis itaque id est finalis causa e-
wangelii est sane credere perfecte diligere
sacramentis insigniri et bonorum cum finalis
causa est vita eterna Ad hec quippe adipi-
scenda fuit intentio scribentis et predicantis ewangelii.
Veteris quidem testamenti intentio est novum
figuris et enigmatibus demonstrare. ewan-
gelii autem ad eterne beatitudinis gloriam men-
tes humanas accendere fides catholica id est
universalis omnibus est necessaria ad vitam et salutem
eternam fidei succedit spes et spei succedit be-
atitudo. caritas autem eadem fide et spe deceden-
tibus permanet et augebitur et ideo maior
hiis esse dicitur Que vero credenda sunt
ex simbolo haberi potest Est enim simbolum

compendiosa collectio omnium ad salutem spec-
tantium Sunt autem tria simbola Primum
apostolorum. secundum Nicenum concilii. tertium athana-
sianum Primum est ad fidei instructionem secundum ad
fidei explanationem tertium ad fidei defensionem. De
primo ergo in quo est fidei fundamentum hic
videamus solum quia hic magis est ad propo-
situm Ubi sciendum quod si respectus habeatur ad eos
qui ediderunt hoc simbolum tunc articuli
sunt xii secundum numerum xii apostolorum Si autem considerentur
que radicaliter sunt credenda tunc articu-
li sunt xiiii quorum septem spectant ad divi-
nitatem et septem ad humanitatem et hec sig-
nasunt in septem stellis et in septem cande-
labris aureis in quorum medio ambulabat fi-
lius hominis Sunt igitur septem articuli fi-
dei qui pertinent ad divinitatem Primus
est unum deum esse qui notatur ibi credo in deum
Credere deum est credere deum esse scilicet quia
est. Credere deo est credere verbis eius et
sacre scripture Credere in deum est credendo deum
fide et affectione seu fide per dilectionem operante
in ipsum tendere et ire ac membris eius in-
corporari Secundus est primum esse deum qui
notatur ibi patrem. quod hic personaliter tenetur
prius vero essentialiter tenetur ubi agitur de pater-
nitate adoptionis qua paternitate ipsa tri-
nitas pater est bonorum vel creationis qua pa-
ternitate tota trinitas pater est tam bonorum
quam malorum Omnipotentem appropriate attribuitur
patri sicut sapientia filio et bonitas spiritui sancto
Creatorem celi et terre ubi per celum et ter-
ram intelliguntur tam spiritualis quam corporalis
creatura Creare quippe seu creatorem esse
potius sonat potentiam quam sapientiam vel boni-
tatem quia operatio egreditur a potentia et
ideo appropriate attribuitur creare hic patri
sicut potentia cum tamen creet omnia pater
per filium cooperante spiritu sancto quia indivi-
sa sunt opera trinitatis et tote tres persone
unum sunt creator Tertius est filium ee

deum qui notatur ibi et in ihm xpm que
duo nomina frequenter coniunguntur i nouo
testamento quia unu sc̄ ihesus quod inter
pretatur saluator exprimit eius diuini-
tatem nam inquantum deus saluator est re-
liquu sc̄ xpc quod interpretatur unctus ex-
primit eius humanitatem quia inquantum homo
unctus est pre consortibus suis filiu eius
unicum i. naturalem non adoptiuu uel
unicu dicit quia non est unus filius in-
quantum deus et alius inquantum homo sed
unus xpc in duabus naturis sc̄ deitate
et humanitate et tribus substantiis sc̄
deitate anima et carne unicus est filius
dnm nrm. sicut enim pr dns est omniu
et omps. ita et filius quod intelligitur
scdm deitatem quia quamuis humanitati xpi
collata sit omn scia non tamen omnipotentia
Quartus est spm scm esse deu qui notatur
ibi. credo in spm scm. et circumloquitur
hec uox spūs sanctus. qn tenetur dictionalit
tertiam personam in trinitate qn aut in
ui orationis tenetur essentialit sumitur et con-
uenit trinitati Hic est pars que predicti quatu-
or articuli sunt de diuine essentie unitate
et personarum trinitate Quintus est crede remis-
sionem peccatorum hiis qui sunt in ecclia qui notatur
ibi sanctam ecclam catholicam sanctorum comone
i. credo sanctam ecclam catholicam siue milita-
tem siue triumphantem esse comone i. congregatione
uel societatem sanctorum. uel sic. credo scam
ecclam catholicam ad huc in terris milita-
tem et credo sanctorum comonem i. associa-
tionem in celo sc̄ esse ecclam triumphantem qui di-
cat credo utramque ecclam Est aut sancta
eccla in tres diuisa una est in mundo que
adhuc est in timore et expectatione alia
est in celo que est sine timore et expecta-
tione Tertia est in purgatorio que medio
modo se habet quia est in expectatione et
adhuc gloriam penitentem non habeant et tn

sine timore quia habent liberum arbitrium
in bono confirmatum Catholicon grece
latine sonat vle et dicit vle duabus de cau
sis sc̄ quia est vle predicata per quatuor
partes terre et quia articulos habet veros
vle quibus nullum falsum pt subesse Re-
missionem peccatorum i. credo remissionem peccatorum
fieri scilicet per deum in baptismo triplici sc̄
fluminis flaminis et sanguinis siue post bap-
tismum in pnia Sextus est credere resurrectionem
mortuorum qui notatur ibi carnis resurrectionem
qua resurrectione credendum est idem corpus quod
per mortem cecidit ad eundem spm i. ad ea-
dem aiam rediturum Septimus est bonorum
remuneratio sub quo comprehenditur et ma-
lorum punitio qui notatur ibi vitam eternam. qui
dicitur Credo vitam eternam. premiu bonorum
et mortem eterna supplicium malorum Et
ista tres ulti articuli ad diuinitate pertinet
quia per virtutem diuinitatis fit peccato-
rum remissio que est anime iustificatio et
corporu et atque corporum simul die glorifi
catio Alii septem sunt articuli qui pertinet
ad humanitate xpi Primus est crede filiu dei
conceptum de spu sancto. qui notatur ibi. qui
conceptus est de spu sancto i. operatore spus sci
et animata aia rationali et deitatis unita
et unde hic de. non denotat circumstantiam cae
materialis sed potius efficientis Quibus in-
incarnatio filii sit opus totius trinitatis quia
quod operatur una persona. operantur omnes
eo quod sunt indiuisa opa trinitatis tamen ppter
gratiam mediante qua natura humana unitur
diuine est domi appropriatum spu sancto.
quia hec gratia appropriate procedit a cari
tate siue a benignitate dei que spiritui sco
appropriatur. Non enim deus inquantum potens
uel inquantum sapiens sed inquantum bonus et
benignus noster redemptor operatus est per
incarnatione Et tangitur hic natiuitas xpi
in utero sc̄ quia natus est de spu sancto

Secundus eſt filium dei natum ex maria virgine. qui nōtur ibi natus ex maria virgine ſcʒ natiuitate ex vtero Tercius eſt filium dei pro nobis mortuū in cruce. qui nōtur ibi. paſſus ſub poncio pylato. i. ſub poteſtate pylati poncij pſīdis. crucifixus. ad diſtinguendum paſſioē eius a paſſioib⁹ alioꝝ qui in patibulis ſuſpenduntᷣ et cru⁹ moriutur mortuus vera morte per diſſolucōē aīe a corpore diuinitate tamen ſemp coniuncta vtriqꝫ. et ſepultus. non tamē ut alij corruptus et incineratus Quartus filium dei deſcendiſſe ad inferos ſecundum aīaꝫ que notatur ibi deſcendit ad inferna. deſcendit tn̄ in anima deitate vnita quia corpus in ſepulchro quieuit. deitate eād ei vnitate Quintus filium dei reſurrexiſſe. qui notatur ibi tercia die ſurrex͛ a mortuis. ut per ſinodochen pars ponatᷣ pro toto. ut videlʒ pars illius paraſceues qua mortuus eſt computetur pro die vna et nox ſequens cum die ſabbati ſequentis pro alia. et nox ſequentis dominice cuius mane ſurrexit pro tercia Iſti duo articuli dicūt totū quod xpc̄ nobis meruit per mortem ſuam hoc autē eſt redempcio in anima que completa eſt per fracturaꝫ inferni in deſcenſu ad inferos et redempcio in corpore que cōpleta eſt in rōne per gloriā corporis ſui Sextus eundem aſcendiſſe ad patris equalitatem qui nōtur ibi aſcendit ad celos ſcʒ m͛itum homo et ſm̄ diuinitatem qꝫ ubiqꝫ eſt ſm̄ diuinitatem Sedꝫ ad dexteraꝫ dei patris ōīpotentis. regnans pri i equalitate ſm̄ deitatem et fruens potiſſimis bonis patris ſm̄ humanitatem. pacifice gloriatᷣ et omnimā quiete cum patre iudicat et diſpo͛ Septimus filium dei iudicaturū bonos et malos. qui notatᷣ ibi. inde venturus iudicare viuos et mortuos inde. i. poſtmodꝫ vel inde. i. de celis quos aſcendit venturus in die iudicij iudicare viuos et mortuos ad lrāꝫ. quia tunc viui et mortui reperientᷣ iudicandi ſcꝫ tn̄ viui morientur ſꝫ ſtatim in momento reſurgent iudicium cum reſuſcitatis recepturi Iſti quatuordecim articuli colliguntᷣ de ſimbolo quod apli condiderunt Articulum pmū et ſcdm̄ de diuinitate poſuit petrus. andreas terciū. bartholomeus quartū. ſymon qntum. thadeus ſextum. mathias ſeptim Item pmum et ſecundum articlm de xpi humanitate poſuit iacobus maior Johānes terciū. thomas quartū. matheus qntum. iacobus minor ſextum. philippus ſeptim Si aut queratᷣ an teneam͛ aliqua credere que non ſunt articuli dicendꝫ qꝫ ſic Oportet enī credere deo quod eſt credere uerbis eius et ſacre ſcptūre ¶ Sane circa hec eſt ſciendꝫ qꝫ pars diuine ſcpture que eſt teſtāmalis et ewangelica in libroꝝ quaternario continetur Sunt enim quatuor ewangeliſte qī quatuor teſtes qꝫ hꝫ ille qui dictus eſt ihesus fuit xpc̄ in lege promiſſus rex et dn̄s om̄. ſaluator hom̄ filius dei. Diuiduntᷣ qꝫ in ſe libri quatuor ewangeliſtaꝝ. quia matheus intendit pn̄cipalit͛ declarare illum hominem fuiſſe xpm̄ et ideo in principio dicens. liber generacionis ihu xpi. non expreſſit filij dei ſꝫ filij dauid. filij abrahe et in ſeqntib⁹ ſubdit gnāc xpi ſic erat Inde eſt qꝫ figa hois inter quatuor animalia ewangeliſtas repntancia deſignat matheū quia mag⁹ imoratᷣ circa hoīem xpm̄ oſtendendo idem fuiſſe illum qui pmiſſus fuerat in tota ſerie ſcripturarum. Unde qī de homine exorſus eſt ſcribere dicens. liber generacōis ihu xpi ꝛc̄ marcus vero pn̄alr intendit declarare illum hominem fuiſſe regem et dn̄m om̄ ſicut in daniele habetur qꝫ in diebus quatuor regnorum

ſuſcitaret deus celi regnum qui eternum quod non corrumpetur cuius poteſtas eſt poteſtas eterna Hinc eſt quod marcus deſcribitur per leonem qui eſt et dns aliorum animalium vnde et in eo audiatur vox leonis in deſerto rugientis et clamantis Hinc eſt quod maxime circa miracula in morat et circa rationem et parum poſt de doctrina xpi quia principaliter intendit poteſtatem eius et dominium et virtutem explicare que in ratione et in miraculis maxime eluceſciunt lucas vero intendit principaliter declarare illum hominem fuiſſe ſaluatorem hominum et ideo in principio introducit gabrielem dicentem vocabis nomen eius ihm ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum et in ſecundo capitulo ſubdit verbum angeli ad paſtores Natus eſt nobis hodie ſaluator in ciuitate dauid Hinc eſt quod maxime in moratur circa geſta et facta xpi que ſonant in clemenciam et in ſalutem et in remiſſionem peccatorum et propter hoc in recitando paſſionem maxime explicauit verba dulcia et clementia xpi vt eſt illud pater dimitte eis quia neſciunt quid faciunt et illud hodie mecum eris in paradiſo Et illud pater in manus tuas commendo ſpiritum meum Et ipſe ſolus refert quomodo factus eſt ſudor eius tamquam gutte ſanguinis decurrentis in terram quaſi in ſignum balnei ſalutaris et medicinalis Hinc etiam eſt quod per figuram vituli qui raptus eſt ad ymolandum deſcribitur vnde et a zacharia ſacerdote initium ſumpſiſſe legitur Johannes vero principaliter intendit declarare illum hominem fuiſſe dei filium et verum deum Et quod hec ſit concluſio quam ipſe intendit ipſemet explicat circa finem ſui euangelii vbi ait Hec autem ſcripta ſunt vt credatis quoniam ihs eſt xpc filius dei et vt credentes vitam habeatis in nomine eius Hinc eſt quod incipit a xpi deitate dicendo in principio erat verbum Et fere in quolibet euangelii capitulo ſemper infert illum hominem fuiſſe filium dei Hinc eſt etiam quod per aquilam figuratur quia aſſumptis pennis aquile ad altiora volans de verbo dei diſputat et predicatur Sic igitur quatuor libri euangeliorum ſunt de ſubiecto eodem ſcilicet homine ihm et de illo ſubiecto quatuor declarare intendunt Matheus quidem quod fuit xpc in lege promiſſus Johannes vero quod eſt verus deus et dei filius. lucas autem quod eſt verus ſaluator hominum marcus vero quod eſt rex et imperator omnium et hoc probat per facta et dicta que teſtificantur illum hominem feciſſe in conſpectu diſcipulorum ſuorum et multitudinis iudeorum Et ſic quatuor euangelia diſtinguuntur non penes quatuor ſubiecta ſed penes quatuor predicata de eodem ſubiecto Et ordinatur ſecundum ordinem editionis librorum non ſecundum ordinem originis vel dignitatis materie Incipit igitur matheus parte teſtimonialem ſcripture diuine et probat hominem ihm meſſiam et xpm in ſcripturis promiſſum fuiſſe Et hoc ſibi maxime congruebat quia in iudea hebreo ſermone et fratribus iudeis ad xpm conuerſis ſcribebat Intendit igitur minorem vnius racionis probare ac ſi ita velit arguere Ille homo in quem concordant voces omnium prophetarum quantum ad omnia que prophetata fuerunt de illo qui dicebatur eſſe meſſias et xpc. ille magis homo fuit vere xpc Non enim eſt poſſibile quod omnia concurrant in aliqua perſona que de xpo dicta ſunt quin illa perſona ſit xpc Quamuis enim due vel tres conditiones predicte in prophetis poſſent alicui alteri perſone conuenire non tamen omnes alioquin vana et abſque ulla vtilitate reuelacio prophetarum preceſſiſſet. in nullo enim nos introduxiſſet ad xpm ſed potius erroris naturam prebuiſſet propter quod ſaluator dicebat quod neceſſe eſt impleri omnia que ſcripta ſunt in lege prophetis et pſalmis de me Ex quibus patet quod ille vere debuit dici xpc in quem conſonant omnium prophetarum voces Sed modo ſic eſt quod in illum ſanctum hominem

qui dictus est ihesus concordauerit voces
omn̄ ꝓphetarum q̄tum ad concursum omnium
condicionum quas de xp̄o predixerant q̄
homo ille fuit xp̄c Hanc aut̄ minorem
probare intendit ewangelista matheus
q̄tum ad xxv condicōn in genere quas de
futuro xp̄o predixerunt ꝓphete et intendit
sic arguē In illo homine qui dictus ē ihs
testis sum ego q̄ omnia concurrerunt que
ꝓphete predixerant futura esse in vero
xp̄o siue q̄tum ad ꝓpagacōn regiā et da-
uiticā siue q̄tum ad graui̇dacōn et gnīg-
macōn virgineam siue q̄tum ad aparicōn
sideream et adoracōn regiā siue q̄tum
ad nominacōn floridā et nazareā siue
q̄tum ad acclamacōn precursōis pūiā
siue q̄tū ad obsequiū angelorum et minis-
tracōn sedulā siue q̄tum ad conuersacionē
pūiā in galilea et in terra zabulon et
neptalim siue q̄tum ad exposicōn decalo-
gi et legisdacōn autenticā et nouā siue
q̄tum ad multiplicem operacōn deificā et
miraculorum glorificacōn mirificā siue q̄-
tum ad conuersacōn pacificā et humilimā siue
q̄tum ad erudicōn parabolicā et doctrinā
figuratiuā siue q̄tum ad nutricōn prudēā
et benignā ex panibus multiplicatis siue
q̄tum ad detestacōn inuidiā oīs ypocri-
se et tirannomarum siue q̄tum ad colliga-
cōn geminā duarum naturarum diuine sc̄
et humane in vno homine siue q̄tū ad
celestium disposicōn et Ierarchicā ordina-
cōn vnius noui regni celi siue q̄tū ad
ostentacōn paupertinā et sessiōn supra
pullum asine siue q̄tum ad excecacōn iu-
daicā quo ad phariseos et ꝓpri seniores sic
q̄tum ad reseracōn ꝓphetarum archanorum et
futurorum siue q̄tum ad institucōn inuiola-
bilem et insolitam nouorum sacramentorum
siue q̄tum ad tolleranciā amare et salu-
tifere passionis siue q̄tum ad suscitacōn

magnificā et cinerem sapidā siue q̄tum
ad euocacōn multimodā omn̄ gentiū lin-
guarum et ꝓplorum Hec enim utique verificata
sunt in hoc homine sacro ihū que ꝓphete
predixerant de xp̄o q̄ ipē est verus xp̄c n̄
est alius expectandus Marcus vero apl̄i
petri discipulus qui in ytalia ewangelium
grece scripsit probat de illo felice homine
qui dictus est ihesus q̄ fuit rex et dominus
omn̄ et excedens in potestate et virtute oē
hominem et omnē creaturā quod patet
quia non tractat de pāpiis et excellen- nisi
ciōribus miraculis eius et fere in quolz
capitlo concludit magnitudinē potencie et
virtutis in eo et istā conclusiōn semp̄ ifert
in toto ewangelio finit q̄ dei ewangelium
in ascensione eius in celum et sessiōe a dex-
tris dei et q̄ discipuli profecti predicaue-
runt ubiqz domino coopante et sermone
confirmante seq̄ntibus signis Hic q̄ patet
q̄ hec est conclusio quam marcus in ewange-
lio intendit hoīez scilicet xp̄m esse et fuisse vir-
tuosum dnm̄ et imperatorem ac rege omn̄
Nam in hac conclusione finit ewangeliū et
ipā interserit in suo processu q̄i p̄ totū
Hanc aut̄ suam conclusiōn suo testimonio pro-
bat narrando facta illius hominis et iten-
dendo vnū talem sylogismum Ille homo
cuius virtutem ac potestatem extendi vi-
dim° ad omnem spm̄ creatum et increatū
sc̄ ad spm̄ ꝓpheticum et diuinū et ad ange-
licum et apostaticū et quam extendi vidim°
ad languores et infirmitates corporum et q̄
extendi vidim° ad totā legem mosaycam et
sabbatum immutand̄ Et quam extendi vid°
ad transfundum virtutem et potestatē in alios
ut et ille similit̄ opetur virtuose et q̄ exten-
di vidimus supra mare et ventū et sup̄ aq̄
et aeris elementū Et quam extendi vidim°
ad mortis vinculum et quorumcumque vinculū
siue hom̄ siue brutorum Et quam extendi vi-

dim⁹ ad multiplicandum corporalez cibum
et alimenta panis Et quam extendi vidim⁹
ad dispensand sup omne genus liquidi Et
quam extendi vidim⁹ ad cstituend auditum
et loquele instrumentum Et qua extendi vi-
dim⁹ ad illuminand tam spualem q corpora-
lem visum Et q extendi vidim⁹ ad naturam
passibilem et impassibilem omutand Et qua
extendi vidim⁹ non solum in ppinqui s etiaz
ad omnem distantem locum dum eā invenit
fidelem hominem et credulum Et quaz exte-
di vidim⁹ ad interpretand mandata legalia et
sup addend perfectis consilia Et qua exten-
di vidim⁹ ad regnu et thronu dauid obtinend
mota miraculosum clamorem populi et
iuxta testimonium quod fuerat per pphetas
pdictum Et quaz extendi vidim⁹ ad comten-
dum potē et omnem adversarioꝝ astutiam
et machinatoz Et quaz extendi vidim⁹ ad p-
cognoscendum omnem futuroꝝ eventum et to⁹
seculi decursum usqz in finem Et quaz exten-
di vidim⁹ ad tollerandum summe fortit et mag-
nanimiter omne adversum et passionem mortem
amarissima que est ultim terribiliu Et quam
extendi vidim⁹ ad revoluendum pprii monu-
menti et inde egrediendum cu tn vē mortu⁹
fuisset Et qua extendi vidim⁹ ad aperiend celum
et ad sedendum supra regale et eternale glo-
rie solium et ad dexteram pris. Ille utiqz homo
vere fuit rex virtuosissim⁹ et dns om. Qz
homo ille qui dictus est ihesus habuit odi-
ciones predictas igit ipe fuit om dominus
et rex virtuosus. Hanc minorem seriose ma-
cias deducit et ptinuum ad xx odicoes eius in
ewan⁹ suo probat. Lucas aut apli pauli di-
scipulus qui in achaye bithinie qz partibus
ewangeliu grece condidit et intendit istam
oclusionem s q homo ille qui dictus e ihs
fuit saluator hom et medicus animarum
quod sibi conveniebat quia erat arte me-
dicus ut dicit ihero⁹ Hinc est q in primo
capitulo introducit angelum dicente voca-
bis nomen eius ihesum hoc est saluatorem et
zacharias dicentem Salutem ex inimicis no-
stris et de manu om qui oderunt nos Et
angelum ewangelizantem Natus est no-
bis hodie saluator et symeonem dicente vi-
derunt oculi mei salutare tuu Et ubiqz
per totum ewangeliu semper agit de illo
homine sub ratione qua saluator est medi-
cus animarum unde solus ipe narrat de ma-
ria magdalena et solus ipe ponit multas
parabolas ad pietatem et mia et conver-
sionem peccatoꝝ pertinentes per quod pat
q sua intencio principalis fuit probare
oclusioz predictam. Intendit igitur probare ea
per talem racoz et sylogismu Homo ille
cuius ingressus et introductio cuius conuictus
et conuersacio cuius conatus et recollectio cui⁹
affatus et erudicio cui⁹ discessus p morte
et consummatio cui⁹ regressus a mortuis
et re⁹ fuit per modum cuiusdaz spualis an-
tidoti et medicine salutaris om hom utiqz
homo iste censendus est saluator hom et
medicus aiarum. s ita fuit de illo homine
qui dictus est ihus g ipe fuit spualis hom
medicus et saluator. Minorem istius ptiū
ad sex odiciones positas in maiori intendit
lucas deducere in suo ewan et probare. Primo
enim probat q huius hominis introductio
et ingressus fuit per modum cuiusdaz salua-
toris mundi et medici spualis et tractat de
triplici introductione istius hois. Prima quidem
in utero matris per conceptum. Secunda i mu-
dum per nativitatem et ortum. Tercia ad
totum ppulm circa anni xxx. Secundo pbat
q huius hominis conversacio et conuictus cu ho-
ibus fuit per modum veri saluatoris et osten-
dit qualis iste homo per sua conuersacione
et conuictum exemplarem visus est homines
medicari et saluare, describes eum fuisse
exemplar omnis pme exemplar omnis

deuocionis et latrie exemplar mititatis
et paciencie exemplar liberalitatis et bene-
ficencie exemplar humilitatis et beniuolen-
cie exemplar veritatis et existencie cor'
omnem ypocrisim exemplar omnis p-
feccionis et super excellentis vite exempl'
compassionis et misericordie atque clemencie
Et ex hiis octo condicionibus patet qualiter
sua conuersacio et conuictus fuit ad medican-
dum et saluandum mundum Tercio probat
quod illius hominis totalis conatus et tot col-
leccio fuit ad saluandum homines et tribuen-
cis spiritualem medicinam et ostendit qualiter
homo ille conatus est ad salutem vocare
et reducere homines per se ipsum et per alios
scilicet per xii apostolos et lxxii discipulos Quarto
probat quod hominis huius affatus et erudicio o-
stendit ipsum fuisse omnium hominum saluatorem
quia tota sua erudicio ordinabatur ad pel-
lendum peccata et morbos animarum et
ponit plures morales erudiciones summe ac-
commode ad hominum salutem et curacionem seu re-
mocionem a vicijs pertinentes Quinto probat
quod illius hominis discessus et consumacio
per mortem fuit vere medicinalis et veri
saluatoris mundi Unde introducit eum dicen-
tem hoc est corpus meum quod pro vobis
tradetur et hic est sanguis meus qui pro
vobis fundetur et plura alia verba clemen-
cie supra dicta Sexto probat quod istius hominis
regressus ad nos et cetera fuit veri saluatoris
mundi Unde ostendendo quod ipse erat vere iste
qui omnium gencium erat medicus et saluator
inducit quod sicut scriptum est oportebat
pati et resurgere xpm a mortuis tercia die
et predicari in nomine eius penitenciam et remissionem
peccatorum in omnes gentes / Iohannes vero
qui in asya ewangelium scripsit inducit
istam conclusionem quod homo ille qui dictus est
ihesus fuit vere filius dei quod non debet
intelligi quod sit filius dei per adopcionem et graciam

habens solum humanam naturam immo habens
in se vere illum qui ab eterno fuit filius
a patre genitus in substancia diuina nec
debet intelligi quod sit homo ille filius dei per
conuersionem deitatis in carnem sed debet intelligi
per assumpcionem carnis a filio dei Hanc con-
clusionem probat multiplicat et deducit et inten-
dens racionaliter et vnicum sylogismum ad eam
probandam sic arguit Homo ille qui est ve-
media persona intrinseca in trinitate et est
deo equalis auctoritate et est deo equalis in
efficacia et salubritate respectu hominum et est
deo equalis in illapsu et inmensitate et est
deo equalis in modo operandi et actiuitate
et est deo equalis in reficiendo mentem et
in cordis satietate et gracia et est deo equa-
lis in instruendo et in vere doctrine claritate
et est deo equalis in duracione in eternitate et est
deo equalis in honore et gloria ac cultus sa-
latrie et adoracionis dignitate et est deo equalis
immo idem cum patre in essencia et maies-
tate et est deo equalis in beniuolencia ad
homines et pietate et est deo equalis in dominio
et regum sollempnitate et est deo equalis
in amicicia et caritate et est deo equalis
in offerenda gracia hominibus et est deo equalis
in insistencia mutua in se inuicem et vni-
tate et deo equalis in sapiencia et sue lu-
minositate et est deo equalis in beatitudine
in eterna felicitate et est deo equalis in pacientia
et longanimitate et est patri equalis in pro-
ducendo spiritum et inspiratiua fecunditate ille
utique homo est vere filius dei Nam iste nar-
rate xvi condiciones intimede probant ipsum
esse verum deum Prima vero condicio et ultima
ostendunt ipsum esse verum deum qui est filius
dei quia hee due proprietates competunt filio
Has homo iste qui dictus est ihesus habuit
predictas xvi condiciones fuisse in homine qui
dictus est ihesus probat quod ipse vere expertus est
et ceteri discipuli qui fuerunt cum eo et

tandem oclusio differe probatam infert
recolligit et oclidit dicens Hec aut ſcpta
ſunt ut et vos credatis quia ihs eſt xpc
filius dei vivi Et ponit ulteriore finem ad
quem ordinat̃ iſta concluſio ſubdens Et ut
credentes vitam habeatis in nomine eius
Ultimo vero tanq̃ tabellio et notarius pub-
licus concludit q ipe eſt diſcipulus ille q
teſtimonium perhibz de hiis et ſcripſit hec
et ſcim⁹ quia verũ eſt teſtimonium eius Ho-
c ex ſuit familiaritate quia recu-
buerat in ſinu eius in cena illius homis
et ideirco multa ſecreta didicerat unde p-
dicta probantur et notarius ille autentic⁹
redditur et ſollempnis Ad hanc aut partẽ
ſacre ſcripture teſtimonialem et ewangelicã
aſcendendum eſt per aſcenſum ſcalarum
et celicum Sunt et ewangelia ſcala Ja-
cob quia eis innititur dns et ibi reperitur
ibiq videntur angeli aſcendentes et deſce-
dentes quia divina opa quibus voluit nos
deſcendere et nos in celum erige ibi per
ewangeliſtas qui per vera quatuor cheru-
bin fm ieron differunt De quo aſcenſu ſcrip-
tum eſt in geneſi q vidit iacob in ſompnis
ſcalam et cacumen eius tangens celum et
angelos dei aſcendentes et deſcendentes et
dnm inniti ſcale innixu Oratio

Domine ihu xpe qui nos p ſcptura
et doctrina ewangeliſta vocare
dignatus es ad fidem catholicam ut creden-
tes vitam habeatis eternam nunc quidem in ſpe
et in futuro in re et hoc in noie tuo et per
fidem nominis tui quia non eſt aliud nome
ſub celo datum hominibus in quo oporteat
nos ſalvos fieri preſta michi indigno et om-
nino ut corde credam ad iuſticiam et ore
ofitear ad ſalutem ac ope oſtendam ad vite
ſcam et utilitatem quatin⁹ te inſtante ad
etne beatitudinis gloriam nunc mente accedam
et tandem re ipa pervenire merear ihesu
mundi ſalvator Amen De penthecoſte

Dies vero penthecoſtes i quinqua-
geſima a pſche ſ decima
ab aſcenſione domini nar-
rat domin⁹ ihesus xpi de p-
miſſo ſuo quod diſcipulis fecerat de ſpiritu
ſancto mittendo Patre q gratum hoc hunc
mittunt ſpm ſcm ut ad diſcipulos deſcen-
dat eoſq repleat et conſolet̃ roboret et i-
ſtruat ac cumulum virtutum et gaudiorum
eis conferat Et ſtatim patus ſps ſanctus
ſubito venit et ſupra eos deſcendit Nond
aut fm bedam q dns ihus eundem ſpm ve-
ritatis et a ſe mittendum eſſe predixit et
eundem mox a patre procedere ſubiungit
non quia idem ſps alr a patre procedat q
a filio mittitur ſ ideo filius cum a ſe mitti
et a patre dicat procedere ut aliam patris
aliam eſſe ſuam perſonam deſignet atq in ea-
dem diſtinctione perſonarum unam eſſe opa-
tionem ac voluntatem ſuam cum patris vo-
luntate et opatione demitiat Cum enim
eiuſdem ſpiritus gratia datur hominibus
mittit̃ xpo ſps a patre mittit̃ et a filio
procedit a patre procedit et a filio quia
et eius miſſio eſt ipa proceſſio que ex pre
precedit et filio venit et ſua ſponte q ſicut
coequalis eſt patri et filio ſic eand habz
voluntate omnine cum patre et filio hec
beda Penthecoſtes interpretat̃ quinqua-
gnita et eſt grecum vocabulum ſicut pa-
raſceue et ſcenophegia iudei enĩ ad imptri
grecis qui int̃ eos ſicut et cete nacões conver-
ſabant̃ grecis crebro vocabulis utebant̃
Eſt aut penthecoſtes equivocum ad quinq-
genam et eius ſollempnitatem vii dieb⁹
protelatam Tria enĩ erant feſta diebus
vii durancia ſc paſcha penthecoſt et
ſcenophegia Cum q complent̃ dies pen-
thecoſtes i quinquageſime a pſche et incho-
arent̃ dies penthecoſt i illius ſollepnitatis